

gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos, & cum erant  
Catones, Philippi, Lælii, &c. Hic illustris est allegoria.  
Ponuntur enim Luciani, Catilini, Acidini pro civibus honoratis  
& pauperibus: Catones, Lælii, Philippi, pro sapientibus &  
temperatis.

In Cat. Maj. Non omnes possumus esse Scipiones aut Maximi,  
Pro Cœl. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fa-  
britios, Curios, omnesque illos, qui ex minimis tanta fecerunt.

Juv. Sat. 16. Plus etenim fati valet hora benigni.

Quam si te Veneris commendet epistola Marti. Veneris, id  
est, amasia; Marti, id est, amatori.

Virgil. Ecl. 1. Aut Ararim Parthus bibet; aut Germania  
Tygrim, id est, Parthi, Germani.

Ibidem — Quo sepe solemus.

Pastores ovium teneros depellere fœtus, id est, totum gregem.  
Non enim solos agnos, sed & hædos, vitulos &c. deducit  
pastor.

## CAPUT XII.

## 1. SYNECDOCHE TOTIUS

est, cum totum ponitur pro parte, ut: *Rhenus pro  
parte Rheni, Orbis pro parte Orbis.*

(Ex iis, quæ supra cap. 10. de Synecdoche partis diximus,  
clara erunt ea, quæ de totius Synecdoche dicenda sunt: cum con-  
traria e contrariis cognoscantur.)

2. Estque vel totius essentialis, vel integralis,  
vel universalis five generis.

(Sicut totum triplex est, nimirum aut totum essenziale, aut  
integrum, aut genus. De quibus vid. Dialect. lib. 1. Ita & Sy-  
necdoche totius triplex fuerit.)

3. SYNECDOCHE TOTIUS  
ESSENTIALIS

est, cum totum essenziale ponitur pro parte essen-  
tiali, ut: Gen. 15. *Abraham & Sara dicuntur se-  
pulti, id est, eorum corpora.* Hoc sensu dicitur:

*Ibi jacet Rex. Ibi sepultus est Princeps, id est, cadaver Principis.*

4. SYNECDOCHE INTEGRI est, cum integrum ponitur pro membro, ut: *Totus orbis ardet bello, id est, maxima pars orbis, ex Cic. 1. Epist. lib. 4.*

(Dicitur autem ardere bello totus orbis, non quod totus orbis ardeat bello, sed maxima ejus pars. Quia ergo hic orbis velut integrum ponitur, & intelligitur maxima ejus pars tanquam membrum, fit id per Synecdoch. integri. Ubi notabis obiter in voce orbis duplicem esse tropum. 1. Orbis pro globo Synecdoch. membri. Orbis enim significat id, quod est rotundum & sic est membrum: globus ipse est integrum. Multi enim orbis unum globum constituunt. 2. Orbis pro parte orbis, Synecdoch. integri. Est enim proprie membrum globi denotet, tamen hic integrum globum significat, terrenum scilicet, cuius membrum quoddam est Imperium Romanum.)

#### Exempla promiscua alia.

Gen. 16. v. 2. *Occlusit me Jehovah, id est, uterum meum.*

Marc. 16. v. 15. *Prædicate Evangelium omni creaturæ, id est, omnibus in toto terrarum orbe.*

Matth. 12. v. 40. *Christus fuit tres dies in sepulchro, id est, parte aliqua tertii diei jacuit in sepulchro, Resurrexit enim tertia die, am dritten Tage, non nach dem dritten Tage.*

1 Corinth. 13. v. 7. *Charitas omnia credit, scilicet credenda. Omnia sperat, tolerat.*

Virg. Æneid. 1. *Pabula gustassent Troja Xanthumque bibissent. Pabula, id est, partem pabuli. Xanthum, id est, partem fluvii Xanthi, non tota pabula, non totum Xanthum.*

Cic. pro Mil. *In communi omnium letitia, si ipse etiam gauderet. Synecd. integ. hyperb.*

CAPUT

LIBE

SYNEC  
est, cum Gen  
pro fortitudine  
stin. Homo, pro  
(Definitio hæc e  
Cujus genus simili  
cedenti fibente  
vocabis generis,  
Gust, bibula) pro  
utis, omne anima  
fortitudo, Gesta  
ciem. Sc homo  
tamen Cassian ve  
sines; sicut Cassi  
Paulus, Johannes  
NOTA I. per G  
latus ac superius  
dam & prudentiam  
adhibendam, ve  
tur. Sic quade  
men pro equo d  
Huc refer  
pro proprio  
tur: ut, Salva  
lo. Propbeta p  
(Est hæc speci  
& quidem hinc  
Apostolus. Pro  
prehendens,  
Apostolus, sed  
eporum multa  
religione.)